tum prehabitum prelium ex deditione habuerunt castrum Insulae de Pianosa, salvis personis, avere et terra; quod non observantes, castrum funditus destruxerunt. Eodem anno Pisani tres Galeas armaverunt, quae navigantes in Corsicam duas Januensium naviculas ceperunt. Quod Januenses scientes quinque illuc miserunt Galeas, et illas nostras tres ~~Pisanorum~~ de mense Octubris quadam nocte sine aliquo habere in portu Sancte Luciae vacuas habuerunt, et Januam cum gaudio redierunt. Eodem anno mense decembris predictus Christianus cancellarius cum magno exercitu Senensium et comitis Guidi ivit ad devastandum districtum comitis Ildini; et cepit ibi duo castra. In hujus comitis Ildini auxilium Pisani CL milites cum aliis balistariis miserunt, et sic dictus Christianus citissime de terra ipsius comitis de Pisanis timens recessit, et ad partes Romanorum profectus est. Ex quo Pisani non modicam laudem habuerunt. Eodem anno mense Octubris

c) Insule V.

persionis a) .... Quod Pisani
avere B

b) navigulas V.

d) illas tres Pisanorum B.

Octobris B

c) Lucias V.

d) ini V.
districtis B
e) Ildini V

f) Intinus V. In cuius B.

balistratis B

per Tusciam VB (agg. B)

Octobris B